



ORATIO
FVNEBRIS DE LAVDIBVS
IOANNIS MEDICIS
S. R. E. Cardinalis:habita VII.
K. Dec. 1562.

A Petro Victorio in æde Diui
Laurentii Florentiæ.



Florentiæ apud L. Torrentinum
Cum priuilegio.
MDLXII.



MITTO ad te vir maxime illustris, tuorumq; omnium amantissime, era-
tionem à me nuper habitam in funere Ioannis Medicis Card. Et mitti non
solum quia statim me regasti, ut tibycopiam illius facerem, verum etiam, quia ti-
bi in primis illa debetur, Et propter affinitatem, Et propter mutuam ac singularē
benevolentiam, qua inter vos coniuncti fuistis quis.n.maiore cum voluptate lau-
des eius audies celebrari, quam ille qui eas omnes in animo suo conditas habebat, ut
vivum adhuc auctorēm illiarum ob egregias animi d:is celebat ē Quid si tantum
in se boni illa habiret, ut valeret aliquid ad eum ornandum, cui missa foret. pr̄fē
Elo tibi ipsi illa hoc etiam nomine maxime conueniret, qui fūnus hec q; um magis
fidentia tua mirum in modum decorasti. Et emīre, qua potuit: potes autem p̄a-
rumis, celebrasti. Si vero coniugis tue, præstantissimæ feminæ, quæ dolere affi-
domi facit illa in manus venient, Et tantam agititudinem leuare potuerit. Vel sal-
tem aliquam partem lacrimarum eius abstergere, magis adhuc letab: et ja-
ter me consilium hoc cepisse arbitrabor: quod enim officium tam humanum, Et un-
de maior fructus exoriatur, esse potest quam ferre auxilium optimum ac mobilissime
feminæ, cui pietas ac singularis amor in suos fraudis sit. ipsamq; prorsus conficiat,
Et pene ad interitum perducere? Aliquid igitur horum efficere volut: atque nū
nam quod cogitavi, præstare potuerim. Tu vale, Et illam miseram, omni uunc a-
lio solaciū desitutam, consolare. Florentia. V.K. Dec.

Si quis vñquam secum de imbellicitate rerum nostrarum dubi-
casset; esseq; aliquid in ipsis virium ac similitatu cred:disset, hic
graui hoc acerboq; nuntio accepto, erroris stultitiaeq; sux ad-
moneri potuit: planeq; intelligere nihil esse incertius rebus huma-
nis: nihil, quod tam facile dilabatur ac fluat. & quum venti nostri
valde secundi: fortunæq; prosperæ videntur, tunc maxime instare
nobis aliquod immensum malum, vicinamq; esse pernitiem atque
exitium ipsarum. Utinam huius rei minore nostro cūdanno do-
cumentum haberemus: deusq; immortalis potius fecisset, vt in illo
turpi errore permaneremus, quam ipsum ē pectore tāto incōmodo
luctuque depulissimus. Sed certe decipere quemlibet, nō insipiēn-
tem etiam hominem, potuissest status vndique eximus ac storens hu-
ius optimi atque innocētissimi adolescētis: cuius immaturam mor-
tem hodie lugere hic debemus. ille namque initio sui cursus, q;uum
tamen iam magnam spem magnarum suarum virtutum commouis-
set: s̄aepq; specimen aliquod maximi ingenii, raræ eruditionis, præ-
claræq; indolis dedisset, iubito extinctus est nobisque miserabiliter
creptus. Erat sanè in te (quanto hæc cum dolore loquor) sanctissi-
me iuuenis ætas, erant vires, erat corpus vegetum, quod diuturnam
vitam, & eam quidem integrā, atque omni dolore carentem, polli-

eretur. erat præterea disciplina domestica, quæ regere ipsam, viāq;
obstruere morbis atque omnibus ipsorum temptationibus fac̄ pos-
se videretur. Sed hæc omnia vicit importuna quædam vis ac tem-
pestas saeuissima, quæ inuidit nobis tam præclarum bonū : inciditq;
ac fregit ipes omnes nostras, bene sapienterque constitutas : Fuit
prof. &to Demetrius, ille Phalareus, ob studia doctrinæ, & ob remp.
Atheniensium, quam optime digesit, ac præclaris, etiam legibus or-
nauit, in primis clarus ac nobilis. fuit, inquam, Demetrius sapientis-
simus vir, qui quum Euripides sua quadam in tragœdia dixisset, nul-
lius fortunati hominis opes, resque admodum prosperas esse stabi-
les, sed spatio tantum vnius diei perdurare: non nullaque alia addidis-
set in eam sententiam, laudato iudicio eruditissimi illius poetæ, in-
quit. cetera omnia vere proleta esse, melius tamen eum dicturū suis-
se, si non diem vnum terminum ipsarum esse, sed momentum & qua-
si Punctum temporis affirmasset. Sed his relictis, quæ ab optimis
ingeniis ad erudiendos homines edita sunt, propius accedamus ad
atrocem hanc plagam contemplandam; & eam, si vlla ratione possu-
mus, sanandam. Video vos optimi & honestissimi ciues magno, iu-
stisq; dovere commotis; quibus molesta est grauisq; hæc ingens ia-
ctura. vel potius repentina & inopinata calamitas: intelligoque vos
non tantum angi interitu indignissimo huius castissimi adolescentis,
quem in oculis ferebatis: cuique & longam vitam & omni deco-
re ornatam optabatis, sed etiam dolere vicem optimi principis, qui
orbatus est eo filio, quem vnicē amabat: & in quo etiam multas suas
magnasque spes non sine causa collocabat. Est ille quidem constan-
tissimus omnium, & admirabili quadam animi magnitudine prædi-
tus. Sed nullus est tam fortis vir, quem non moueat huiuscemodi
aliquis subitus & inexpectatus casus, & è statu pæne mētis deiciat:
Aliud quoque est, quod (vt in malis) consolationem ei affert, quod
non est ipsi nouus hic dolor, sed asluctus est his malis tolerandis.
Quamquam hæc ægritudo acerbissima omnium est: magisque pe-
ctus ipsius fodit ac labefactauit:

Ah sœua fortuna nimis iniqua es: nimisq. tibi in ipsum indulges. quæ
non cessas tam sœpe violare, & nimis crebro huiuscemodi aliquo vul-
nere detormire. An vires tuas in hoc ostentare vis? patefacereq; om-
nibus quanta tibi potestas sit nocendi statis hoc iam satisq; experti su-
mus, & quæ sit tua temeritas exploratum habemus. Deline igitur, &
q; de malis omnib. rebus ornati: comite tamen adiuncti tibi. vèl du-
ce: potius, sapientia, noli hac in parte vexare: & quantum sit imperiu-
tuum in bonos, improbe declarare. Quantam fuisse putatis ægritu-

dinem matris, lectissimæ atq. optimæ seminæ : quæ prope è gremio suo " i illum abstrahî vidit: hausitq; oculis hunc dolorem acerbissimum. Sed quum nulla tanta vis orationis sit qua ipsa impelli posset, vt mærorum nunc luctumq; deponat, satius esse arbitror id pertransire: totumq; hoc sapientiæ ipsius ac grauitati relinquere . Quantus etiam fuerit amor in illum sororis, quæ vna è multis superest, nouis: illam ego audio confidari , nec ratione vlla dolorem eius posse mitigari. Nam vir ipsius nobilissimus ac fortissimus homo. Paulus- iordanus ingēnus agritudinem robore animi superauit: extremūq; hoc munus amoris aduersante illa, ipsi exhibuit: ac præsētia sua, suo rumque, omniq; nre luctus mærorum declarantium, funus hoc ho- nestauit. Qui tamen & ipse modo, cum ei nuntiatum esset vxorem interclusa anima inter manus ancillarum collapsam, vixq; posse illius miseræ animum reuocari, eò se repetente proripuit . Maiorem verò fratrem fortunatum iudico, qui lōge nunc absit: præsensq; huic laeo spc etaculo non adtuerit: minus.n. nos tangunt', quæ auribus accipi- n. us quām quæ oculis cernimus. Eodem pacto fato sanctas sorores morte sua felices extitisse arbitror, quæ in hunc dolorem seruatae nō sint. quarum tamen interitus nobis tunc valde luctuosus fuerit . Sed futurum tempus secum vehat, magna cæcitate animi prouidere non possumus. Ausim etiam affirmare Pium IIII. pont. max. iniquiss. a- nimo hanc rem tulisse: & si ille proprio dolore, dom: cllicoq. funere hoc tempore oppressus est. qui hunc optimum iuuem ornauit, & in amplissimorum antistitum ordinem, quum maius ei nihil dare pos- set, cooptauit. Amarat ille quidem temperem, præclarèq. de ipsius natura, moribusq. existimat: nec tam vt patris uoluntati satisficeret, tanto honoris gradu ipsum in ea ætate decorarat, quam quia conce- perat animo mirifica quædam de indole ipsius: illumq; sperabat, vt nomine ac vultu, ita etiam factis ac prudentia Leonem X. relaturum. Quæ opinio de virtute ipsius in animo pont. max. valde aucta est (si crescere illa ampliorq. fieri ullu pacto poterat) quum primū ille Ro- manum protæctus est: in omni . n. sermone colloquioq; cum eo, pru- dentiam ipsius grauitatemq. perspexit: animumq. sublimè ac magna semper, altaq; cogitantem cognovit. Redit hoc loco mihi in memori, quod litteris ab antiquis mandatum est de Alexandro Philippi filio, qui postea Magnus appellatus est: quum. n. puer adhuc esset, venerab. in Macedoniam Perseum legati absente patre, quibus a se acceptis, saepè Alexáder cum ipsis congressus, ita illos sibi cœmitate sua & iis, zuq; quæsivit ex ipsis, deuinxit ac stupore impleuit, vt magni pere eū admirati sint: magisq. à rege suo de pueri illius acriore ingenio, quām



de Philippi iam senis timeri oportere iudicarint: neq; n. aliquid puerile, aut pusillum, sed longitudines viarum, itinerii: q; illius rati em exponi sibi uoluit: ac de rege etiam ipso non pauca interrogauit. quomodo scilicet ille regni fines ueretur, & quales essent copiae Periarum, in quibusq; positae vires ac robur exercituū ipsorum foret. Paria igitur fuere, quod ad magnitudinem & grauitatem ipsorum pertinet, colloquia ac sermones huius nostri spectantissimi adolescentis cum sapientiis. & omni veneratione digno fene. Nec sanè oportet valde mirari omni tempore regum filios plurimū iudicio ac grauitate præstilise suis æqualibus. quod optime norunt etiam veteres tragicis poetae; sapientes viri & qui omnib. in rebus, id quod verisimile esset, testabatur: illi. n. ætatem eam semper fixerunt singulari prudentia præditam: sæpeq; ab illa dicta ac facta ea faciebant, quæ multo plures annos, maioremq; usum rerum requirebant. Sed magnam vim habet è sapientissimis viris procreatam esse, & in plena consilio ac dignitatis domo esse itidem educatum. Non tacebo etiā, quod verè prædicare possum: quodq; cognitum esse plurimis scio, quanta fuerit eius eo tempore, quo Romæ uixit, continentia in contemnendis corporis voluptatibus, quanta constantia in omnib. illecebris libidinum repudiādis: illic enim, in magna copia proborum & honestorum virorum, numquam defuerunt quidam impurissimi homines, qui his artibus adolescentes aggrediantur: teneramq; eam ætatem obiecta omni specie libidinum expugnare conetur. sed plus apud eū valuit natura in integritas: optimaq; disciplina, quam uilla illorum artificia ac doli, quæ sane omnia, quum ad aures pout. max. peruenient, qui diligenter ipsum teruabat, ac quæcunq; diceret, aut faceret ad te referri mādarat, amori illi veteri in eum tanquam fatus admonebant. Observantia autem in illum huius optimi iuvenis quāta eo tempore fuerit. uel potius pietas, & uera quidem sinceraq; pietas, non solum tamquā in alterū parentem, sed etiā quasi deum quendam: certè locum illius ac fedem in terris obrinente, inde etiā intelligi potest, quod extremo vitæ suæ tempore, paulo antequā è vita excedebat, in eo oēm mente cogitationesq; suas defixas habebat: & ita demum totus in ipso occupatus est, ut de officio etiā ipsius disputaret, & tamquā animum ipsi stimulatulli egenti, addere contra ipsius accerimos hostes non dubitarit. Quidam admirabilem atq; inauditam sanctiss. iuvenis. vel adolescentis potius, probitatem dicam, an sapientiā, siue utrumq; quem neq; recordatio bonorum, quæ relinquebat, tollerat: neq; propinquā mors, q; uiros quoq; & fortis sanè, præstantesq; etiā uiros commouet, perturbavit, sed de officio tantum, ac proprio munere eius personæ, quam



sustinebat, cogitarit. Hæc igitur fuerunt extrema uerba, quæ t' dicit, hoc iusto sermone prolata, & nulla pænè uoce immutata. Quum n. primum ad diuos Petru Paulumq; mētem atq; orationem d' rexisset, rogauit illos suppliciter, ut sibi adcessent apud dcū opt. max, studioq; suo efficcerent, ut piā fedē, salutaremq; animo suo præberent. statimq; tamquam ad præsentem pont. max. quem animo cernebat, uerba se- cit: a quo etiam, ueluti uero dei opt. max qui nobis salutem dedit, uj cario, proflulauit ea quæ moris est, eo tempore postulare: ut sibi s. signo- fecerit manuq; sua sibi propicia se expiatet, atq; omni labe purgaret. Q. ibus h̄i editis, altiore uoce, & ita uchemēti, ut pænè oīs qui restabat, ipsius, cum ea cōsumptus sit, inquit. Noli pont. max. pertime- icere: in diū imperū ullum aduersariorū reformidare: noli de euētu ho- rum malorum tecū dubitare, quāuis. n cuncta Germania, Britannia, Gallia conspirarint in perniciem Romani principatus, ac veræ Chri- stianor. im pietatis numquā tamen tantum virium habebunt, ut Pe- trinuim, quāuis cōtrariis uentis agitatā, ac pēnè fluctibus, scelerē il- lorum, demersam, cuertere possint, ac iusto gubernatore spoliare.

Quin potius ipsi impii, non apud inferos tantum, sed hic etiam sui parricidii pēnas luent, ac maximis meritisq; suppliciis affidentur. Quis vñquam tam admirabilem constantiam ab illa ætate expe- citasset? quis tantam grauitatem tam firmas illic radices egisse existi- masset? quis tantum mortis contemptum in adolescēte reperi pos- se credidisset? sed nihil est, quod non efficiat natura, de quo supra di- sputatum est, nisi malis moribus, prauisq; opinionibus depravetur, quum accedit autē disciplina, institutioq; vera, tunc eximiū inde fru- etus exoriuntur, ac cito quidem omne illud prouenit, quod in aliis, qui naturæ conatum studio nullo adiuuissent, serius idemq; imper- fectius extitisset: Sed domum iam, vnde multū digresi sumus, re- deamus: Romamq; ac pont. maximum, cuius fortasse augustissima persona, in re tam tristī tractanda, nūmis abusi sumus, relinquamus. Erat sanè iam antea cuncta ciuitas dolore magno commota: statim que, vt tristis hic nuntius venir, summi, medii, atque insimi mirum in modū affligi cœperunt. quum vero auditum esset appropinquare mortuum cum, quem viuū videre maloissent, vniuerſi ē illa ad dor- tam obuios effuderunt. Erat, inquam, ciuitas antea modesta, ſeu co- viſum est pheretrum, quo vehebatur: atrataque illius cohortis, quæ ſi- premium hunc ipsius honorem comitata est, gemini uice ploratu omnia compleans, maiorem in modum ægritudo publica sueta est: cui- etaque vndique clamoribus ac lamentationibus personarunt. nec facilcali quis tantam vim doloris: tamque horribilem plangorem, et

quasi

quasi mugitum quendam, qui nō adfuisse, complecti animo posset. Nobiles illi atque honesti viri clamabant se mitissimum atq; naniissimum dominum perdidisset: & qui de commodis ipsorum toto animo sēmpē cogitabat. Multitudo nostrorum, quae magna astabat, quasi respondebat se deliciis suis orbatam esse, & eo, quem sibi quandoque magno ornamenuto futurum confidebat. Nam fletus familiarium quantus fuerit, si qui forte illic non adfuerit, quum in urbem ingressi sunt, facile ex præsentī ipsorum mœrore intelligere potestis. qui ægre sibi hoc in loco ab estufa lamentatione temperat, ac præ se ferūt omni suo alpe&tu tristitiam infinitam. Sed illi (vt spe ro) quum docti viri ac prudentes sint, ægritudini viva adhibebunt: frenosq; iniicient dolori. quod etiam mihi videor posse polliceri de ceteris, qui ex hoc acerbo casu incredibilem dolorem suscepserunt, qui multi mortales sunt, atque omnes ferē qui in his aut propinquis regionibus viuunt. Quis enim tam durus, & inhumans est, qui non valde huius morte indoluerit: statimque vt eus in tñō rete corpore contremuerit? Debetis igitur & vos prudentiū cives, quū piū munus obieritis, mœrorem vestrum minorem, luctuq; ac lacrimis modum aliquem facere. Nam, quod cunctobri omnes debet: in primis autem parentes, vt maiore sapientia p̄aditor, veroque ipsius bono magis gaudētes, putare debemus ipsum à Deo opt. max. euocatum: & ex his tenebris misericordia esse creptum. Scireque priisci illi, qui veræ pietatis rudes erant, putabant eos diligere cum, qui parvus mortuus esset, quanto magis nūs ita si nō e debemus, qui bus penitus cognita est egregia conseruatoris nostri voluntas erga nos: curantis sedulo nostras utilitates, atque in salutem hominum toto animo incumbentis: quamuis à mortalibus, p̄sum videntibus, aliquando ratio ipsius consiliumque ignoretur: argu q; illi ferant ea quibus maxime lætari ipso oportebat, vt si huiuscem diabolus ple rumque cōtingit. Euocatum autem: & è terrenis in superas cælestesque sedes sublatū, non tantum ne diutius in corpore, sed etiam in custodia quadā, integrerrimus ipsius animus vincitus esit sine in bu- bo quodā viuo defossus, sed ne verba: etur amplius ī his nouis graui usque malis: personamq; quam gerebat, non posset oī dī cordias tumultusque intestinos, qui temp. Christianam lacerat, cum dignita tueri: vix enim humanis opibus medicina huic pesti adhiberi posset. Quod si ipsum non orbitum magnis vitæ cōmodis arbitriabi mir, sed ex ingenti mole molestiarū diuino consilio creptum crede mus, facile modum lacrimis adhibebimus: vel potius hac ipsius com mutatione loci, migrationeq; in meliorē multo sedē, gaudebimus. Quod ego vos facere prorsus b̄portere censeo, ac si facietis, rem di-



gnā Christiana pietate & sapientia vestra geretis: & quæ mitifice co-
ueniat sp̄ci, quā cōceptam animo merito habemus de noua cōdicio-
ne vitæ: statuque vndique beato huius optimi & sanctissimi adole-
scētis. Vos autem sacerdotes optimi: & religiosissimi huius fan-
cū custodes, qui tāa pietate, tantoque affectu operam huic funeri dedi-
ctis, precibusque vestris fortunatissimum iter huius integerissimi iu-
uenis adiuuistis, & tamquam viā illi muniuistis, quum rem diuinam
absolueritis, in monumentis ip̄um illis tuorum maiorū manibus ve-
stris collocate, quæ cū multis modis ornata sint, & studio etiā opti-
mi op̄ificis fabri icata, maiorem quidē certe splēdorem capiēt ex uno
hoc corpore huius castissimi iuuenis, quam ex omni alia materia, &
arte vnde conflata sint. Nā illud ipsum bustū, quo ipse inlatus fuerit
erit ad omnem memoriā posterorū ara probitatis, allicitque pra-
ter cetera, oculos ad se spectantiū: nec vila vñqua ætas, viso illo, de-
laudibus ipsius cōticescet: quāta enim vis admonitionis sit in locis,
& quam libēter homines visant monumenta, in quibus honore ma-
gno digni homines siti sint, ac reliquiæ aliquæ ipsorū conditæ, notū
est. Nunc autem, quum quantū in me fuit, officium tib: meū pr̄
stiterim: & partes etiam aliorū ornauerim, mihi ipsi si prospiciam, re-
prehēdi nō possum. præfertim quum iam tamquam cū quodam no-
uo deo: ac cælestes sedes incolente, agēdum sit, huiuscmodi enim mi-
hi species tua obiicitur, ac videor mihi videre te vñā cum purissimo
illo grege diuinorum ministrorum exultatē. Quare te rogo san-
ctissime ac beatissime iuuenis, vt mihi ignoscas, si quū tuas laudes
toto pectore celebrare voluerim, atque hoc sane onus mihi imposi-
tum fuerit, quod tamen firmioribus humeris dignum erat: ne dum
eas, vt debebam, augere potuerim, aut saltē ut erant, sine ullo orna-
tu exponere, potius ipsas cōtriuērim ac valde tenuitate ingenii mei
extenuauerim: multa enim fuere qnæ conatum hunc meū impediens
rū: in primis autem magnitudo ipsarū, nec enim exiguo hoc tempo-
ris spatio ipsæ enumerari potuerunt. Quæ res etiam fecit, vt non
auderem de paucitate dierū, immo horarum, quæ mihi datæ sunt ad
meditandum, queri: si namque tua virtus vlla alicuius accurata oratio-
ne satis explicari posset, iusta causam accusandū illos habuisse. Dic-
de m̄ceror, qui me, vt ceteros omnes, primo consecit, ac vñ heu-
perturbauit, sed etiā memoria imbecilla, vt in sene, causā huius, alio
tamen magis quam tibi, damni esse potuit. aliaq; non nulla, quæ n-
re minime necessaria, omittenda decreui: quum enim animi mei sen-
sus præclare nunc tibi cognitus sit, & quæ semper fuerit voluntas
mea erga te numquam fallere potuerit, spero te mihi, sedulo ho-
ganti, ignotum, qui nihil vñquam alicui, quod honestē à te pe-
teretur, negare coniuesti. Dixi.

